

---

# BOLETIN OFICIAL

DEL

## Obispado de Osma.

---

Sanctissimi Domini Nostri Pii, Divina providentia Papae X.

### LITTERAE ENCYCLICAE

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS,  
EPISCOPOS, ALIOSQVE LOCORVM ORDINARIOS, PACEM ET  
COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES

### DE MODERNISTARVM DOCTRINIS

---

Officii munere haec sibi demandata habeant. Modernismi indicia ac vestigia tam in libris quam in magistris pervestigant vigilanter; pro cleri iuventaeque incolumitate, prudenter sed prompte et efficaciter praescribant. - Vocum novitatem caveant meminerintque Leonis XIII monita (1). «Probari non posse in catholicorum scriptis eam dicendi rationem quae pravae novitati studens, pietatem fidelium ridere videatur loquaturque novum christianae vitae ordinem, novas Ecclesiae praeceptiones, nova moderni animi desideria, novam sociale cleri vocationem, novam christianam humanitatem,

---

(1) Instruct S. C, N. N. E. E. E. E. 27 Jan. 1902.

aliaque id genus multa.» Haec in libris praelectionibusque ne patiantur.—Libros ne negligent, in quibus pia cuiusque loci traditiones aut sacrae Reliquiae tractantur. Nec sinant eiusmodi quaestiones agitari in ephemeridibus vel in commentariis fovendae pietati destinatis, nec verbis ludibrium aut despectum sapientibus, nec stabilibus sententiis, praesertim, ut fere accidit, si quae affirmantur probabilitatis fines non excedunt vel praeliudicatis nituntur opinionibus.—Desacris Reliquiis haec teneantur. Si Episcopi, qui uni in hac repossunt, certo norint Reliquiam esse subditiciam fidelium cultu removeant. Si Reliquiae cuiuspiam auctoritates, ob civiles forte perturbationes vel alio quovis casu, interierint, ne publice ea proponatur nisi rite ab Episcopo recognita. Praescriptionis argumentum vel fundatae praesumptionis tunc tantum valebit, si cultus antiquitate commendetur, nimirum pro decreto anno MDCCCXCVI a sacro Consilio Indulgentiis sacrisque Reliquiis cognoscendis edito, quo edicitur: «Reliquias antiquas conservandas esse in ea veneratione in qua hactenus fuerunt, nisi in casu particulari certa adsint argumenta eas falsas vel supposititias esse.»—Quum autem de piis traditionibus iudicium fuerit, illud meminisse oportet: Ecclesiam tanta in hac re uti prudentia, ut traditiones eiusmodi ne scripto narrari permittat nisi cautione multa adhibita praemissaque declaratione ab Urbano VIII sancita; quod etsi rite fiat, non tamen facti veritatem adserit, sed, nisi humana ad credendum argumenta desint, credi modo non prohibet. Sic plane sacrum Consilium legitimis ritibus tuendis, abhinc annis xxx, edicebat: (1) «Eiusmodi apparitiones seu revelationes neque approbatas neque damnatas ab Apostolica Sede fuisse, sed tantum permissas tamquam pie credendas fide solum humana, iuxta traditionem quam ferunt; idoneis etiam testimoniis ac monumentis confirmatam.» Hoc qui teneat, metu omni vacabit. Nam

(1) Decr. 2 Maii 1877.

apparitionis cuiusvis religio, prout factum ipsum spectat et *relativa* dicitur, conditionem semper habet implicitam de veritate facti: prout vero *absoluta* est, semper in veritate nititur, fertur enim in personas ipsas Sanctorum qui honorantur. Similiter de Reliquiis afirmandum.—Illud demum Consilio *vigilantiae* demandamus, ut ad socialia instituta itemque ad scripta quaevis de re sociali assidue ac diligenter adiiciant oculos, ne quid in illis modernismi lateat, sed Romanorum Pontificum praeceptionibus respondeant.

VII. Haec quae praecepimus ne forte oblivioni dentur, volumus et mandamus ut singularum dioecesum Episcopi, anno exacto ab editione praesentium litterarum, postea vero tertio quoque anno, diligenti ac iurata enarratione referant ad Sedem Apostolicam de his quae hac Nostra Epistola decernuntur, itemque de doctrinis quae in clero vigent, praesertim autem in Seminariis ceterisque catholicis Institutis, his non exceptis quae Ordinarii auctoritati non subsunt. Idipsum Moderatoribus generalibus ordinum religiosorum pro suis alumni iniungimus.

Haec vobis, Venerabiles Fratres, scribenda duximus ad salutem omni credenti. Adversarii vero Ecclesiae his certe abutentur ut veterem calumniam refricent, qua sapientiae atque humanitatis progressioni infesti traducimur. His accusationibus, quas christiana religionis historia perpetuis argumentis refellit, ut novi aliquid opponamus, mens est peculiare Institutum omni ope provehere, in quo, iuvantibus quotquot sunt inter catholicos sapientiae fama insignes, quidquid est scientiarum, quidquid omne genus eruditionis, catholica veritate duce et magistra, promoveatur. Faxit Deus ut proposita feliciter impleamus, suppetitias ferentibus quicumque Ecclesiam Christi sincero amore amplectuntur. Sed de his alias.—Interea vobis, Venerabiles Fratres, de quorum opera et studio vehementer confidimus, superni luminis copiam toto animo

exoramus ut, in tantum animorum discrimine ex gliscentibus undequaque erroribus, quae vobis agenda sint videatis, et ad implenda quae videritis omni vi ac fortitudine incumbatis. Adsit vobis virtute sua Iesus Christus, auctor et consummator fidei nostrae; adsit prece atque auxilio Virgo Immaculata, cunctarum haeresum interemprix.—Nos vero, pignus caritatis Nostrae divinique in adversis solatii, Apostolicam Benedictionem vobis cleris populisque vestris amantissime impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Pertrum, die VIII Septembris MCMVII, Pontificatus Nostri Anno quinto,

PIVS PP. X.

---

CIRCULAR NUM. 240.

---

Debemos trabajar constantemente, todos los días, en la gran obra de nuestra santificación; pero es de utilidad manifiesta que consagremos algunos días de un modo especial al negocio importantísimo de la salvación. Para esto son los ejercicios espirituales, convenientísimos para todos los fieles y en los que principalmente los sacerdotes reciben extraordinarios auxilios del Cielo.

Es muy sublime y excelente el ministerio sacerdotal; son muchas y graves las obligaciones de los que por la misericordia divina hemos sido llamados para desempeñarlo; exige espíritu de sacrificio y un santo celo por la salvación de las almas; muchas veces se encuentran al practicarlo dificultades que harían desfallecer si no contáramos con el favor de Dios; pero tengamos confianza; no ha de faltarnos la gracia del Señor con la cual se allanan y suavizan los caminos que parecían ásperos; el espíritu se anima y fortalece; las espinas se convierten en flores, se vencen las dificultades y el alma experimenta dulcísimos consuelos, sobre to-

do con la esperanza del Cielo, en sufrir y trabajar por la gloria de Dios y la salud espiritual de nuestros hermanos.

Pero es preciso que recurramos á Dios en la oración; que pidamos con humildad de corazón las luces y gracias del Señor, seguros de que no habrá de negárnoslas: que nos recojamos interiormente, pensando en Dios y en nuestras almas; que meditemos las eternas verdades y nos tomemos cuenta á nosotros mismos, á fin de prepararnos bien para la que un día habremos de dar á Dios nuestro Señor. Es convenientísimo para esto que abstrayéndonos completamente durante unos días de las cosas y tratos del mundo, los pasemos en el retiro y soledad, que es donde Dios habla mas íntimamente al alma. Por eso, y reconociendo las grandes ventajas y utilidad de los ejercicios espirituales, es para Nós gratísimo, amadísimos Sacerdotes, llamaros á practicarlos, dirigiéndoos una vez más aquellas conmovedoras palabras que por Nuestro Salvador Divino fueron dichas á sus Apóstoles: *Venite in desertum locum et requiescite pusillum: Venid á la soledad y descansad un poco.*

Teniendo en cuenta lo que acabamos de exponer y deseando vivamente el bien de nuestro amado Clero, hemos acordado que para el mismo se den ejercicios espirituales en el presente año, conforme á las siguientes disposiciones:

1.<sup>a</sup> Los ejercicios tendrán lugar en el Seminario Conciliar, habiendo dos tandas, que principiarán la primera el martes 30 de Junio, por la tarde, para terminar el miércoles 8 de Julio por la mañana; y la segunda el jueves 9 de Julio por la tarde, para terminar el viernes 17 por la mañana.

2.<sup>a</sup> A los ejercicios concurrirán todos aquellos Sacerdotes que no los hubieran practicado el año próximo pasado, aunque también podrán asistir los que los

(1) Marc. vi, 31.

hicieron en dicho año si en ello fueran gustosos y no hubiera alguna dificultad.

3.<sup>a</sup> Los Sres. Arciprestes designarán los Sacerdotes que hubieran de practicarlos en una ú otra tanda, poniendo en Nuestro conocimiento, con la brevedad posible, quienes son los que han de concurrir.

4.<sup>a</sup> Los mismos Arciprestes dispondrán lo conveniente al servicio de las parroquias, pudiendo autorizar para que en los dias de precepto se duplique la Santa Misa en donde sea necesario.

Burgo de Osma 10 de Mayo de 1908.

† JOSÉ MARÍA, *Obispo de Osma.*

---

### CIRCULAR NÚM. 241.

En la oración dominical, que es la mejor y más excelente de todas las oraciones, pedimos á Dios que reine en nosotros. *Adveniant regnum tum.* Esto piden el anciano y el niño; esto fué lo primero que nos enseñaron á rogar nuestras cristianas madres. Es Jesucristo verdadero Dios; nos ha criado; nos ha redimido, y por estos y otros gloriosos títulos, tiene derecho á reinar en nuestros corazones. Somos cristianos; en el Santo Bautismo nos ofrecimos á su santo servicio, y debemos amarle y servirle, no olvidando que servir á Jesucristo es reinar.

Tiene también Jesucristo derecho á reinar en la sociedad y en los pueblos. El Padre eterno le dió por posesión todas las naciones y por herencia todos los términos de la tierra. La acción más noble que realizar podemos; la empresa mas excelente que podemos acometer, siendo al mismo tiempo obligación sacratísima que debemos cumplir, es procurar con nuestra oración con nuestra piedad, con nuestras obras y con nuestro celo el reinado de Jesucristo: que reine en la sociedad,

en los pue los, en las familias y en nuestras almas. Desgraciadamente son muchos los que viven alejados de Jesucristo, y por eso caminan en tinieblas, están muertos espiritualmente, les falta la verdadera luz, la paz, la gracia, la vida sobrenatural. Pidamos con fervorosa oración, trabajemos porque vengan á habitar en el Divino Corazón de Jesús y procuremos vivir siempre en ese adorable y amantísimo Corazón. Es la dicha mas grande, el mayor consuelo que podemos tener.

Amemos mucho al Corazón Sacratísimo de Jesucristo; inflamense nuestros corazones en el amor divino que le abrasa y, sobre todo, en el próximo mes de Junio, que es el que de un modo especial le está consagrado, mostrémosle nuestra piedad y devoción, promoviendo su culto y gloria en piadosos trídulos ó novenas y celebrando su fiesta con alguna extraordinaria función religiosa, en la cual, como también durante el triduo ó novena que se celebrara, autorizamos para que pueda exponerse á su Divina Majestad.

Ténganse presentes las gracias y privilegios singularísimos que fueron concedidos por Nuestro Santísimo Padre el Papa Pio X, según se publicó en el número 23 del BOLETÍN ECLESIAÍSTICO correspondiente al 15 de Diciembre de 1896. Nós concedemos cincuenta días de indulgencia á los fieles que asistan á cualquiera de los cultos que en honor del Corazón adorable de Jesús se celebren en el próximo mes de Junio, y como el obsequio que más le agrada es la Sagrada Comunión, recomendamos á nuestros amados diocesanos que la reciban con santas y fervorosas disposiciones.

Burgo de Ósma 14 de Mayo de 1908.

† JOSÉ MARÍA, *Obispo de Osma*



CIRCULAR NÚM. 242.

En el próximo mes de Septiembre tendrá lugar en la heroica Ciudad de Zaragoza la Segunda Asamblea Nacional de la Buena Prensa, verificándose su inauguración el día 20. No consideramos necesario encarecer su importancia porque es bien sabido cuánto interesa y se necesita, sobre todo en los tiempos actuales, trabajar en favor de la buena Prensa. Hay que combatir la Prensa mala que en la sociedad y en las almas está causando daños gravísimos, y obligados estamos á fomentar y proteger la buena; la que defiende los sagrados derechos é intereses de la Iglesia, tan combatidos y escarnecidos por los malos é impios periódicos, que son para los espíritus veneno activísimo, una verdadera plaga, nociva y funestísima peste.

El fin de la Asamblea no puede ser mas noble y excelente: fomentar y proteger la buena Prensa. Entre las obras buenas es ésta una de las mejores; un trabajo altamente meritorio, práctico y eficaz; así como la limosna que se dá para la buena Prensa es de las que mas agradan á Dios y mayores beneficios reportan.

Los Romanos Pontífices Pio IX, León XIII y Pio X, han recomendado muy eficazmente que se trabaje en favor de la buena Prensa y encarecido repetidas veces su importancia. El inmortal y celosísimo Pontífice reinante ha bendecido el proyecto de celebrar la Asamblea de la Buena Prensa en Zaragoza y su bendición es presagio seguro de los favores y auxilios del Cielo, con los que y la cooperación y trabajos de los buenos católicos no dudamos que el éxito ha de ser felicísimo y los resultados muy satisfactorios. Pidamos al Señor que así sea y que todo resulte para su gloria y bien de la Iglesia y de la sociedad, como esperamos.

Con este número del BOLETÍN ECLESIASTICO se remite la Circular de la Junta organizadora de la Asam-



blea y nuestros diocesanos que gusten inscribirse como socios podrán hacerlo en nuestra Secretaría de Cámara y Gobierno.

Burgo de Osma 14 de Mayo de 1908.

† EL OBISPO.

La Comisión diocesana para la Segunda Asamblea Nacional de la Buena Prensa está constituida por los Sres. siguientes:

M. I. Sr. Lic. D. Victor Hernando, Lectoral.

D. Eustaquio Marqués, Propietario.

» Florentino Gil, Médico.

» Pablo Morales, Procurador.

---

## EX S. CONGR. INDULGENTIARUM ET SS. RELIQUIARUM

---

**Indulgentiae pro Novendiale in honorem SS. Sacramenti.**

URBIS ET ORBIS

Spiritualium omnium bonorum fons et caput est procul dubio Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, per quod Jesus Christus *divitias sui erga homines amoris effudit*. Quare nihil tam excellentius et salutaris existimandum, quam in christianis populis cultum hujus Augustissimi Sacramenti promoveri et amplificari, quo magis in eo uberiores ejusdem Sacramenti fructus proveniant, vividius nempe excitetur fides spes firmiter roboretur et divinae caritatis ignis impensius foveatur, omnisque christianae virtutis splendor magis eluceat.

Quae omnia probe noscens Beatissimus Pater, ad augendum provehendumque amorem et obsequium erga S. Eucharistiam, in audientia habita ab infrascripto Card. Praefecto S. Congregationis Indulgentiarum

Sacrisque Reliquiis praepositae, die 8 Maii 1907 delatis precibus, quibus supplicatum est ut Novendialium precum piam praxim in honorem hujus Sacratissimi Mysterii ante solemnia Corporis Christi praemittendam approbare et sacris etiam indulgentiis decorare dignaretur, libentissime annuens supramemoratam piam praxim necdum auctoritate sua comprobavit, sed et summopere commendavit. Insuper eadem Sanctitas Sua Christifidelibus aliquo pietatis actu has novendiales preces sive privatim peragentibus, sive ipsis publice in ecclesiis celebratis, juxta normas ab Ordinariis praescribendas, devote adstantibus, has Indulgentias, animabus igne Purgatorii detentis etiam profuturas, clementer est elargitus: 1.º, septem annorum totidemque quadragenarum singulis novendialium precum diebus; 2.º, plenariam in uno quolibet ex octo insequentibus, modo rite confessi ac S. Synaxi refecti, ad mentem Sanctitatis Suae, Deo supplicaverint. Praesentibus in perpetuum valituris. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, e Secretaria ejusdem S. C., die 8 Maii 1907.

CARD. CRETONI, *Praefectus*.

† D. PANICI ARCH. Laodicen.—*Secr.*

---

**Se autoriza á los adoradores del Santísimo Sacramento, expuesto públicamente, que puedan recibir la Sagrada Comunión una hora después de la media noche.**

TORNACEN. Hodiernus Tornacensis Episcopus, ad genua Sanctitatis Vestrae provolutus, supplex implorat ut in parochialibus ecclesiis et in publicis sacellis et Oratoriis Tornacensis dioecesis, in quibus per girum et ex ordine fit publica expositio SSmi. Sacramenti a vesperis usque ad vespervas, adoratores possint immediate post mediam noctem ad Sacram Sinaxim accede-

re in ecclesia vel Oratorio in quibus extat expositio praedicta.

SSmus. Dominus Noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, attentis expositis, ita precibus annuere dignatus est, ut una hora post mediam noctem Sacra Synaxis adoratoribus distribui possit. Valituro hoc indulto ad proximum tantum quinquenium. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 23 Ianuari 1907.—S. Card. CRETONI, *Praefectus*.  
—†D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secretarius*.

---

## DE RITOS

---

### **De Sacra Synaxi in oratoriis privatis distribuenda.**

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa X in audientia habita die 8 Maii 1907, ab Emmo. ac Rmo. Dno. Cardinali Seraphino Cretoni S. R. C. Praefecto, statuere ac declarare dignatus est, ut in indultis Oratorii privati intelligatur inclusa facultas Sacram Communionem distribuendi iis omnibus Christifidelibus, qui Sacrificio Missae adsistunt, salvis iuribus parochialibus. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis, eadem die 8 Maii 1907.

L. ✠ S.

† D. PANICI, Archiep. Laodicen., *S. R. C. Secret.*

---

## REAL ORDEN SOBRE ELECCIÓN DE HABILITADOS DEL CLERO

---

ILLMO. SR.

Con esta fecha digo de Real orden al Reverendo Obispo de Astorga, lo que sigue:

«Vista la comunicación de V. E., fecha 15 de Enero último, significando la conveniencia de que se aclare el sentido de la Real orden de 20 de Octubre de 1855 sobre elección de Habilitado del Clero, determinando si la *mayoría* á que se refiere la Regla 9.<sup>a</sup> ha de ser la *relativa* ó la *absoluta*: Considerando que la mayoría absoluta responde más cumplidamente al deseo y confianza de los electores en general, evitándose de este modo que resulte elegido quien no represente á la mayor parte, sino á la menor, ó, tal vez, á una pequeña parte de los electores, en el caso de que sean varios los candidatos al cargo y se distribuyan los votos entre todos ellos en partes desiguales; S. M. el Rey (q. D. g.) ha tenido á bien disponer, como resolución de carácter general, que la *mayoría* á que se refiere la regla 9.<sup>a</sup> de la citada Real orden de 20 de Octubre de 1855, se entienda que es la *absoluta*, no la *relativa*, como hasta aquí ha venido interpretándose.

De Real orden lo traslado á V. I. para su conocimiento y efectos consiguientes.

Dios guarde á V. I. muchos años. Madrid 10 de Abril de 1908.—FIGUEROA.—*Sr. Obispo de Osma.*

Lista de los Ornamentos Sagrados reunidos en esta Diócesis, para Iglesias pobres, con motivo del Jubileo Sacerdotal de Su Santidad el Papa Pio X.

Casullas blancas.. . . . .	5
Idem encarnadas. . . . .	3
Idem moradas, . . . . .	1
Idem negras. . . . .	1
Idem verde. . . . .	1
Idem azul pintada. . . . .	1
Paños de hombros.. . . . .	1
Albas. . . . .	10
Amitos.. . . . .	21
Cíngulos. . . . .	5

Corporales. . . . .	26
Purificadores.. . . .	61
Paños de lavado. . . . .	35
Cortinillas de Sagrario. . . . .	7
Cubre copones.. . . .	7
Sabanillas con calados y puntillas. . . . .	2
Paños de altar. . . . .	2
Paños pequeños.. . . .	6
Palias.. . . . .	2
Parva-Palias. . . . .	2

De estos Ornamentos se enviarán á Roma una Casulla blanca bordada y un Paño de hombros también blanco bordado. Y los restantes serán distribuidos entre Iglesias pobres de este Obispado, conforme á los deseos del Santo Padre y á las instrucciones de la Junta general de España publicadas en el número 7 de este BOLETIN.

En su virtud los Sres. Curas y encargados de Iglesias pobres se servirán remitir á esta Secretaría de Cámara, dentro del presente mes de Mayo, una nota especificada de los objetos que consideren mas necesarios para sus Iglesias respectivas, entre los expresados en la Lista precedente.

---

## LA EXPOSICIÓN MARIANA DE ZARAGOZA

---

De grande interés para todos los amantes de las glorias de la Santísima Virgen es el proyecto patrocinado por el Excmo. Sr. Arzobispo de Zaragoza de recojer cuantos datos se pueda en todas las parroquias de España acerca del culto tributado en todas las edades á la Reina y Madre de todos los españoles.

Para llevarlo á cabo, se incluye en el presente número del BOLETÍN, con el beneplácito del nuestro Excelentísimo Prelado, una hoja suelta, que al efecto han enviado de Zaragoza, rogando á todos los Sres. Curas de esta Diócesis se sirvan llenar, con la mayor diligencia, el cuestionario propuesto, y devolverla después á esta Secretaría de Cámara

Al propio tiempo, si hubiese en las parroquias alguno de los objetos á que se refiere la misma hoja impresa, se servirán dar cuenta los Sres. Curas á nuestro Excmo. Prelado para que disponga lo más conveniente.

---

AGENDA IN COLLAZIONE 3.<sup>a</sup> DIE 4.<sup>a</sup> JUNII ANNI 1908

QUAESTIO MORALIS

**Quotuplex distinguatur libertas? An in actu humano requiratur et quae sufficiat? An potestas peccandi sit de ratione et essentia libertatis?**

### CASUS

Sabas de more bibulus ac rixosus, in ebrietate furiosus, contentione cum Arnaldo habita, statuit ab eo vindictam quaerere: propositum tamen ad aliud tempus remissit. Deinde in vicinam tendit cauponam, ut iram in vino sedaret, sed ecce! cum sub nocte de eadem caupona perfecte ebrius egrederetur, infausto casu, in ipsum incidit Arnaldum, eumque adeo graviter verberat, ut plurimis hebdomadis á consueto abore abstinere coactus fuerit et damnum ingens pertulerit. Quaeritur: Quid sit liberum et in quo á voluntario discrepet? An damna á Sabas illata in ebrietate Arnaldo sint ipsi computanda et ad ea reparanda teneatur.

QUAESTIO LITURGICA

**Ex Titulo 14.—An Missa propria de Sancto aut Misterio ab omnibus indiscriminatum legi possit? Missas Beatorum indultas certis praesbyteris regularibus vel saecularibus legere vel dicere possunt omnes sacerdotes in illam Ecclesiam confluentes?**

---

QUAESTIO MORALIS

**Quotuplex causa distinguatur? Quid requiritur ut effectus ratione voluntarii indirecti imputari queat agenti? Quid de causa bona et indifferenti?**

CASUS

Antonius caupo, ne magno hospitem concursu ejus officina privetur, copiosum vinum bibulis petentibus subministrat, licet horum plures inebriandos esse et rixandos praevideat. Facile etiam in hospitium suum admittit viros sermones impios et obscenos proferentes, nec eos arguit, quia, ait, non tenetur ratione officii de eorum agendi ratione sollicitum esse. Quaeritur: Quid sit voluntarium indirectum? An Antonius graviter peccaverit sive vinum subministrando, sive viros illos admittendo et eorum sermones non cohibendo?

QUAESTIO LITURGICA.

**Quaenam Ecclesia ut propria haberi debet? Cujus Ecclesiae Calendario utendum pro Missae celebratione? Quomodo distinguatur Ritus?**

Suscripción extraordinaria con motivo del Jubileo Sacerdotal de Su Santidad Pio X.

	<u>Ptas.</u>	<u>Cts.</u>
<i>Suma anterior</i> . . . . .	1,799	96
D. Benito Velasco, Párroco de La Orra . . . . .	18	5
Feligreses de idem . . . . .	8	>
Párroco de Adealices . . . . .	1	>
Idem de Castejón del Campo . . . . .	1	50
Idem de Herrera . . . . .	2	>
Idem de Reznos . . . . .	5	>
Idem de Valderrodilla . . . . .	5	>
Feligreses de idem . . . . .	2	>
Párroco de Peñalba de San Esteban . . . . .	2	>

Idem de Muñecas.....	I	»
Idem de Villanueva de Zamajón.....	I	»
Idem de Listeras de Lubia.....	2	»
Idem de Zazuar.....	2	»
D. Pablo Morales, Procurador Eclesiástico.....	I	»
Párroco de Ontangas.....	2	»
Idem. de La Sequera.....	I	»
Idem de La Gallega.....	I	»
Ecónomo de Alcozar.....	2	»
Párroco de La Ventosa.....	2	»
Dos feligreses de idem.....	»	40
D. Eufrasio Gonzalez, Párroco de Arauzo de Torre.....	5	»
Parroco de Palacios de la Sierra (3. <sup>a</sup> vez).....	5	»
Idem de Brazacorta.....	3	»
Idem de Aldehorno.....	2	»
Idem de Langa (2. <sup>a</sup> vez).....	2	»
Idem de Fuentecén.....	2	»
Párroco y feligreses de Carrascosa de la Sierra.....	6	»
Párroco de Quemada.....	I	»
Idem de Almarza.....	2	»
Idem de Lodares.....	2	50
Idem de Quintanas Rubias de Abajo (2. <sup>a</sup> vez).....	2	»
Párroco y feligreses de Zayas de Báscones y Zayuelas..	7	50
<i>Suma y sigue.....</i>	<u>1.899</u>	<u>91</u>

## SUMARIO.

Encíclica de S. S. sobre las doctrinas de los Modernistas (*texto latino*).—Circular del Rvmo. Prelado sobre Ejercicios espirituales del Clero.—Otra del mismo Excmo. Sr. con motivo del mes del S. Corazón.—Otra del mismo sobre la Asamblea de la buena prensa en Zaragoza, y comisión diocesana para la misma.—Decreto de la S. C. de Indulgencias, concediéndolas por la Novena al Smo. Sacramento.—Otro de la misma S. C. autorizando á los adoradores del Smo. Sacramento para comulgar una hora después de media noche.—Otro de la de Ritos sobre comunión en Oratorios privados.—Real Orden sobre elecciones de Habilitado del Clero.—Aviso sobre ornamentos para distribuir entre Iglesias pobres por el jubileo de S. Santidad.—Otro sobre la Exposición Mariana de Zaragoza.—Casos de conciencia para las Conferencias de Junio.—Suscripción para el Jubileo sacerdotal de S. S. Pio X.